

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De B. Ludovico Morbiolo Confessore Bononiae Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

**VITA** runt ad conventum Silvarum ordinis fratrum  
ad subsi- beate Marie de Monte Carmeli, qui est ex oppo-  
dium peste site ipsius castri Signe, ad quendam fratrem  
infectorum dicti ordinis famosum valde in sanctitate et  
congrega- vocatum fratrem Petrucium (1), qui fuit prior  
tos, provincialis in sua provincia Tuscie: qui habito  
unus non ipsius consilio, in primis omnes confessi sunt et  
confessus, sunserunt sacramentum corporis Christi de manu  
ipsius fratris Petrucci preter unum ipsorum, qui  
vocabatur Morozzo Tendi Mori de Signa, qui  
mendaciter dixit se fore confessum. Et post  
omnes induiti sunt panno albo, et promissa fide  
inter eos, quod unus in opus pietatis non defi-  
ceret alteri nec cuiquamque alteri <sup>2</sup> egenti iuxta  
suam possibilitatem, circuibant per castrum Si-  
gne, discubebant <sup>3</sup> per commune et territorium Gan-  
galandi et perambulabant usque ad castrum  
Empoli (2), Montis Lupi (3) et per omnes regio-  
nes illas, subvenientes et iuvantes omnes quo-  
quot reperiebant male se habentes tam in spiri-  
tualibus quam corporalibus operibus, quorum  
multi melius se habuerunt. Cum hiis igitur sanctis <sup>4</sup> operibus suam ducerent vitam, contigit,  
quod processio generalis, videlicet multarum villarum et castrorum, fieret et reduci post mul-  
tos discursus ad Signam in ecclesia plebis, ubi  
est sepultum venerabile corpus beate Iohanne,  
et ibi sunt celebrata missarum solemnia, cla-  
mantibus populis ad Deum, ut pestis cessaret

et ut Deus propitius esset eis. Sacerdos vero, D  
qui missam celebrabat, dedit populis utriusque  
sexus reliquias, scilicet bracia beate Iohanne,  
ad obscurandum; et cum predictus Morozzo, qui  
non solum hiis diebus *<non>* fuerat confessus,  
ut mendaciter dixerat, ymo nec ante per annos  
XX, vellit apropinquare ad sanctam reliquiam  
beate Iohanne et ipsam cum ceteris obscurari,  
retrocessit per passus plures, quasi ut homo re-  
pus ac <sup>5</sup> retrocessus et cum a consotii incre-  
paretur et induceretur ad accessum <sup>6</sup> ad obscu-  
rum, iterum secundo apropinquat, et cum prope  
sanctam reliquiam esset et plures etiam passus  
et plures prioribus simili modo et retrocessisset  
et cum tertio apropinquaret, vehementer fuit  
eiusdem retrocessus, et sie graviter ad terram  
cedidit, et cum tanto strepitu et terribili sono  
quod apparuit, quod magna pila caderet: quasi  
homo violentissime impulsus et ad terram a de-  
mone prostratus; qui a suis erectus, confessus  
est peccata sua multa coram populo enormia  
valde, et quomodo per XX annos non fuerat  
confessus. Et post infra tres dies moriebatur.  
Ostendit igitur Deus, quam graviter sit punien-  
dus, qui ad sua sancta acedit male cum ipso  
dispositus, et quam pretiosum et sanctum sit  
atque veneratione dignum pretiosum corpus  
beate Iohanne.

<sup>2</sup> auteri S. — <sup>3</sup> discubebant S. — <sup>4</sup> santis S. — <sup>5</sup> ad prius S. — <sup>6</sup> accessum S.

(1) De fratre illo Petruccio haec habet SOLDANI, op. c., p. 58: «Fra Pietruccio (così chiamato per soprannome) che fu il primo loro direttore, aveva nome Pietro di Lupo, e morì nel medesimo anno, come apparisce nel Libro dei morti Carmelitani della Provincia di Toscana alla p. 21, num. 26: *Frater Petrus Lapi Sacerdos, et Confessor famosus, obiit in Conventu Silvarum anno 1348, fuit Provincialis duobus annis, et in tertio capitulo resignavit officium Provincialatus.* » Ho detto, come per soprannome si chiamava F. Petruccio, perchè nell' indice del medesimo libro in vece di vedervisi espresso *F. Petrus*, si legge *F. Petruccius*. E dal predetto Libro apertamente

si deduce, come il detto F. Petruccio era stato Provinciale del suo Ordine avanti, e non dopo il 1348, come si legge nel testo latino. » Errore enim factum est ut vox *postea insereretur*. Anno 1336 Provinciale designatum esse fratrem Petrum Lapi constat ex Actis Capituli generalis illius anni: « *Ordinatio provincialium: ... Thuscie fr. Petrum Lapi.* » (*Acta Capitularum genera- lium Ordinis Fratrum B. V. Mariae de Monte Carmelo*, ed. G. WESSELS, t. I, Romae, 1914, p. 33; cf. ibid. in annot., locum *Necrologii Florentini* paulo aliter relatuum). — (2) Empoli, prov. di Firenze. — (3) Montelupo, prov. di Firenze.

C

F

## DE B. LUDOVICO MORBIOLI CONFESSORE BONONIAE

COMMENTARIUS PRAEVIVS

C. AN. 1485

H. D.

### § 1. De fontibus historiae B. Ludovici.

*De beato Ludovico Morbioli* scripsierunt 1. Primus et praecepitus e scriptoribus qui B. Ludovici Morbioli gesta litteris tradiderunt, fuit Baptista ille Hispaniolus « sacrae theologiae doctor, philosophus, insignis poeta et orator celeberrimus (1) », a patria Mantuanus vocitatus. Is, anno 1448 natus, Carmelitarum institutum am-

plexus est anno circiter 1466. Lector in monasterio Sancti Martini Bononiensi anno 1472 constitutus, ad prioris officium in conventu Mantuano gerendum vocatus est anno 1479/1480. Vicarius generalis Congregationis Mantuanæ electus est anno 1483, ad quod munus iterum assumptus est anno 1489, et quater deinceps ann. 1495, 1501, 1507, 1513. Eodem anno 1513 totius Ordinis Carmelitani generalis electus, triennio post Mantuae, cum fama sanctitatis obiit (2). Plurima latine conscripsit

(1) Ita TRITHEMIUS in *Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum*. — (2) Florido AMBROSIO, *De*

*rebus gestis ac scriptis operibus Baptistae Mantua- ni*, Torino, 1784; W. P. MUSTARD, *The Eccl- tum*

Baptista  
Mantu-  
nus,

A *tum soluta oratione, tum maxime versu, quae olim in omnibus manibus erant et prelo saepius repetita fuerunt; quorum in numero est Vita D. Ludovici Morbioli, Innocentio papae VIII (1484-1492) dicata. Scripta est ante 4 iulii 1489, quo die concessa est fratribus Congregationis Mantuanae ecclesia Sancti Chrysogoni de Urbe (1). Ultimis enim carminis versiculis a summo pontifice pro suis postulat Romulea Urbe donari (v. 495). Iam si verum est B. Ludovicum anno 1485 e vivis excessisse, intra annos 1485-1489 Vita eius conscripta est. Ludovici Morbioli gesta narrare agreditur Baptista tum ut pontificis, cuius familiaritate utebat, laudes canat eidemque munuscum offerat (vv. 4, 496), tum ut solleme iudicium impetrat quo Ludovicus sanctorum albo inscribat (v. 487-490). Nulla usus est beati Vita, et quae afferit tum ipse suis oculis vidisse censendus est quando Bononiae commemorabatur, tum a testibus audisse quae postea acta sunt. Gesta enim Ludovici, licet alienis intermisca evagationibus, distincie proferit et simpliciter, immo ita ieiune rationem vivendi ab eo usurpatam exponit, ut in his nihil sibi indules videatur eorum quae poetis licere inter omnes convenit. Vita Ludovici Morbioli tum seorsum edita est, tum inter opera Baptista Mantuanus, quae saepius recusa sunt (2). Nos praecepit usi sumus editione Vitae quae Daventriae anno 1497 prodit (3) et emendata illa operum recensione quam anno 1513 Iodocus Badius Ascensius cum amplissimis suis et aliorum commentariis protulit. Et hanc quidem in edendo libello secuti sumus (4).*

B *2. A primario Baptista testimonio sciungenda non sunt instrumenta nonnulla quae suis locis affremus, et binae ab ipso beato conscriptae epistulae, quas editi I. B. Melloni, et quarum prior missa fuit sapienti inventi Antonio de Murbolis fratri suo honorando Bononiae. Da Vinexia a di 20 (al. 10) di decembre 1462, altera ad eundem directa est die 23 decembris 1471 a Lodovico de Morbioli in Roma (5).*

Leander Alberti,

*3. Mantuano proximus est Leander degli Alberti (6), qui vivo Ludovicus natus est Bononia anno 1479, eius tamen conversationis testis non fuit. At plurima sane a testibus audire potuit et cultus initia suis oculis videre. Non spernenda ergo sunt quae Mantuano addidisse videtur. Haec autem de beato scribit in opere suo, hactenus indebito, Storie di Bologna, tom. III, decadis V, libro VII, ad annum 1485 : 1485. Alli 7 di novembre passò all'altra vita Lodovico Morbiollo con gran fama di santa vita, perché già dodici anni*

aveva pigliato un habitus molto aspero di vivere. Andava scalzo, senza cosa alcuna in capo, vestivasi di una veste bianca di panno grosso, lunga oltre mezza gamba con una croce di panno rosso nel petto, havendo dal collo pendente una banda di panno da ogni lato tanto quanto era la lunghezza della veste. Così sempre vestivasi da ogni stagione, eccetto che ne' tempi asperi del verno haverebbe portato una bereta leggera, ma imperò rade volte. Portava nella mano una crocetta di legno con il librizzuolo dell'ufficio della madonna. Ero il suo cibo poco et grossio in casa di Paulo Luppari et dormiva in terra sopra una semplice stiura tenendo un sasso sotto il capo in vece di guangiale. Nella picciola stanza, ove si riposava vedevansi molti capi et ossa di huomini morti. Essortava le persone non solamente in Bologna, ma anchor altrove a lassiar li peccati et redurse ad Iddio. Accompagnava li sententiatii alla morte, ammonendoli alla patientia et a sostener fortemente la morte per remissione de suoi peccati. Hor essendo mancato di questa vita, da tutta la città fu tenuto esser passato in vita eterna. Et per tanto fu sepellito in una sepoltura nel cimiterio di S. Pietro. Poi essendovi gran concorso di popolo et parendo che Iddio facesse nel inferni gran gratie per suoi meriti, parve al vescovo quindi si dovesse portare nel confessionale di detta chiesa, et fecelo più honoratamente sepellire, ove hebbe gran concorso di popoli lungo tempo, come io mi ricordo essendo fanciulino (7).

C *4. Qui deinceps ad annum usque 1780 Vitam B. Ludovici enarraverunt, a Mantuano fere solo pendent. Editioni Surianae quae anno 1580 prodit opera Iacobi Mosandri, inserta est, ad diem 28 octobris, Vita divi Ludovici Morbioli Bononiensis ex carminibus fratris Iohannis Baptista Mantuani Carmelitae ad Innocentium octavum pontificem compendio conscripta per Carolum Signum virum doctissimum, quam ad nos misit illustrissimus cardinalis Gabriel Palestus episcopus Bononiensis (8). Anno 1586 edita est a I. P. Chizzola, Ordinis Carmelitarum, Vita B. Ludovici (9), praedicto cardinali Paleotti dicata. Varii etiam prodierunt currente saec. XVII et XVIII libelli sub titulo Compendio della Vita del B. Lodovico Morbioli (10). Qui historiam civitatis Bononiensis ad saec. usque XV perduxerunt, P. Viziani ad ann. 1472. C. Ghirardacci ad ann. 1485, Fr. Negri, I. I. Brocchi, A. F. Ghiselli ad ann. 1472, B. Ludovici mentionem fecerunt (11). Scriptores Ordinis Carmelitarum B. Ludovicum suis*

AUCTORE  
H. D.

E

alit.

F

satis Bononiensis « Copia di due lettere scritte di mano del B. Lodovico Morbioli Bolognese, (10 dicembre 1462 e 23 dicembre 1471) ». SORBELLI, Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, t. XV, p. 105. — (6) G. MAZZUCHELLI, Gli Scrittori d'Italia, t. I (Brescia, 1753), p. 306-310; QUETIF-ECHARD, Scriptores ordinis Praedicatorum, t. II, p. 825. — (7) MELLONI, t. c., p. 424-25. — (8) De probatis Sanctorum historiis, t. V, p. 1076. — (9) G. P. CHIZZOLA, Vita del beato Lodovico de' Morbioli Bolognese, Bologna, 1586. — (10) MELLONI, t. c., p. 425; L. FRATI, Bibliografia Bolognese, t. I, n. 1311-1315. His adde: Ristretto della vita del B. Lodovico Morbioli Bolognese del Terz' Ordine del Carmine. In Vercelli, 1745, in-8°. — (11) MELLONI, t. c., p. 425-26; FRATI, num. 3195-3196, 3174, 3136, 8553, 3212.

Novembris Tomus IV.

37 fastis

AUCTORE fastis solent inscribere; ita Lezana (1), Philippus H. D. a SS. Trinitate (2). Plurimos omitto quos reperties apud Melloniū; hic enim ceteris copiosius et aptius de beato nostro tractavit in *Actis viorum sacerdotum illustrium quibus civitas Bononiensis gloriatur* (3); diligenter ipse colligit et tabulariis monumentisque patrii quaecumque ad historiam B. Ludovici eiusque cultum illustrandum conferre videbantur. Tanta sedulitate omnia rimatus est ut processus approbationis cultus anno 1842/1843 coram sacra Rituū Congregatio ne habitus, solo fere Melloniū nitarū.

## § 2. De gestis deque cultu B. Ludovici.

De anno  
nativitatis  
eius.

5. B. Ludovicus annos 52 a nativitate, 15 a conversione vixit, teste Mantuanus, qui tamen annos quibus natus est et e vivis excessit reticuit. Vizani (4) eiusque sequaces non pauci, Ferrarius, Bombacius, Sigonius, Spondanus, ccl., anonymus B etiam qui titulum in domo « de' Lupari » posuit, Ludovicum anno 1472 obiisse opinati sunt (5) nullo, ut videtur, nisi documento. Quod minime componi potest cum instrumento anni 1474, quo Ludovicus filius quoniam de Morbioli (6), in vivis tunc fuisse ostenditur; Ludovicum enim hunc nostrum esse valde probabile est. Repugnat etiam computationi quae illum annos quindecim vitae asceticae asperioribus exercitis vacasse asserit, quippe que anno 1462, quo scripta est prima eius epistola (7), nondum auspiciatus erat. Contendunt alii cum cardinali Paleotti, in Archiepiscopali Bononiensi, annum emortualem 1480 fuisse, quibus suffragatur inscriptio litteris auratis marmori insculpta, et in atrio metropolitanae ecclesiae posita:

B. Lvdivico Morbioli Bononiensi | viro virtute sanctimonia admirabili | morvm integritate miraculorum | claritate illvstri. | Cvivs inclita facta Baptista | Mantvanus lvcento carmine proseevtus est. | vixit an. LII . obiit V non. novemb. CIOCCCCCLXXX.

C Christym dilexi, fovit me denique Christys; Qvaesivi Christym, Christys et ecce mihi (8).

6. Obstat videtur quod recentioris actatis inscriptione est, nec deest suspicio notam temporis conjectura fuisse deduciam ab homine ceterum parum attento qui pro V idus novembres, V nonas scriptis quamquam november quintum nonas non habet. Annum 1480 respuit Melloniū (9), quia minus apte quadrare videtur cum Mantuanus effato:

Iste suae nuper felicia tempora vitae clausit, et ad caeli limina fecit iter (vv. 83, 84), cum vox nuper de spatio annorum circiter decem vix intellegi possit. Porro, ita Melloniū, Vita Ludovici post annum 1489 concinnata sit oportet, cum in eadem de Zizimo, qui erat Baiazethī fra-

ter, coram pontifice salutationis causa admissa, D mentio sit perspicua:

Sancta procul positi subeunt tua limina reges et pedibus figur oscula prona tuis (vv. 33, 34).

Iamvero Zizimum anno 1489 Romanum advenisse in confessio est (10). Haec a Melloniū minus felicitate excogitata sunt. Praeterquam enim quod vox nuper etiam multo longius tempus nata est designare, de Turcarum principe verba Mantuanī vix intelligere fas est, cum neque rex ille diceretur, et ipse recusasset ritu christianorum coram pontifice genuflectere eiusque pedes deosculari (11). Negquam ergo facta refert Mantuanus, sed usum, recte que locum interpretatus est Ascensius, in scholio ad verba: Reges procul positi] ut imperatores et reges Neapolitani veniunt Romanū ut per te confirmantur. Neglecta proin Melloniū argumento, restat nihilominus de anno 1480 non constare, quoniam nullo coaevo vel suppari documento comprobatur. Nullis, ut videtur, difficultatibus obnoxia est sententia Leander Alberti qui beati vitam ad annū usque 1485 protrahit. Certam esse contendere non ausim, ceteris tamen anteponenda censetur cum post Mantuanum rebus narratis Leander proximus sit. Quam si amplectemur (12), cum annos quinquaginta duos vixerit Ludovicus (v. 473), anno 1433 natus sit oportet.

7. Patrem habuit Franciscum Antonii Morbioli, matrem Agnesiam, ut in variis instrumentis assertur. Haec in vivis erat anno 1471; illa intra annos 1463-1468 obiisse certum est (13). Quattuor illi fratres fuerunt, Antonius et Gaspar, de quibus in epistola anni 1462 (14), Dominicus et Nicolaus; hic autem cum Ludovico et Gaspare nominatur in testamento quod anno 1468, professionem apud Olivetanos emissurus, condidit Dominicus (15). Horum tandem soror Bartholomaea anno 1464 cum Stephano Coradini matrimonio coniuncta est (16). Ludovicum nostrum uxorem duxisse certum est (17). Huius nomen se ex antiquo chronicō habere testatur Negri: Un'altra chronica antica senza nome d'autore dice, che sua moglie fu Lucia di Giovanni Tura, donna di somma onestà e prudenza dotata, e così tollerante degli aggravi del discolo marito, tutto applicato al gioco, alle meretrici et alla gola, dissipando la roba con pessimi compagni, che da tutti era riputata esempio singolare di vera pazienza (18).

8. In principio anni 1462 Ludovicus Bononiae adhuc commorabatur. Constat ex instrumento 19 ianuarii huius anni (19). Mox autem Venetias abiit, ubi a canonice regularibus Sancti Salvatoris hospitio exceptus, valida febri correplutus est, quae ipsi salutis initium fuisse videtur (20). Quamdiu Venetis remanserit ignoramus, et praeter pauca quae narrat Mantuanus, et ipsius Ludovicī epistulam Roma missam (21), de eius itineribus nihil

Eiudem  
parents  
et cognatio.

Venetis  
et Romae  
commoratur.

(1) Annales Sacri, IV, 922. — (2) Decr Carmeli, t. I, p. 167. — (3) T. c., pp. 121-66, 416-27. — (4) Dieci libri delle historie della sua patria (Bologna, 1596), p. 410. — (5) MELLONI, t. c., p. 148, n.1. — (6) MELLONI, t. c., p. 149, n. 2. — (7) Apud MELLONI, t. c., p. 416. — (8) BENEDICTUS XIV, *De servorum Dei canonizatione*, I, II, c. XV, n. 6: « a latere sinistro extra ecclesiae portam palatum archiepiscopale versus. » — (9) T. c., p. 150. — (10) RAYNALDUS, *Annales ecclesiastici ab anno 1198*, ad ann. 1489, nn. 1, 2. — (11) RAYNALDUS, I. c., n. 3; cf. BURCHARDI Dia-

rium, ed. THUASNE, t. I, pp. 336, 527; L. PASTOR, *Geschichte der Päpste*, t. III, p. 216-18. — (12) Amplexus est etiam S. Muzzi, *Annali della città di Bologna*, t. V (Bologna, 1843), p. 108. — (13) Ap. MELLONI, t. c., p. 124, nn. 6, 7. — (14) Ap. MELLONI, t. c., p. 416-17. — (15) MELLONI, t. c., p. 124, n. 7; p. 125. — (16) MELLONI, t. c., p. 126, n. 15. — (17) MANTUANUS, v. 237. — (18) MELLONI, t. c., p. 129, n. 21. — (19) MELLONI, t. c., p. 124, n. 6; p. 130. — (20) Epistula mense decembri 1462 scripta. Supra, p. 289. Cf. MANTUANUS, v. 141 sqq. — (21) Apud MELLONI, t. c., p. 418.

memoriae

**A** memoriae proditum est. Neque severioris paenitentiae initia certo anno affixa sunt. Si tamen ab anno obitus, pula 1485, quindecim illos Mantuanos annos (v. 276) numeremus, quibus pane, pomis, nucibus et crudis oleribus vixit Ludovicus, anno 1470 hanc viam inivisse dicendus est. Pro Iustis tribus annos duodecim notat Leander Alberti. Huius autem testimonium Mantuanum assertis anteponendi nulla ratio est.

Fueritne  
Ordinis  
Carmeli-  
tarum  
tertiarius.

9. Ordinis Carmelitanorum tertiarum fuisse Ludovicum passim legitur in huius religionis scriptoribus, eoque nomine a Gregorio XVI anno 1843 Carmelitis concessum est ut die 9 novembris officium proprium beato preserveretur (1); quod hisce Mantuanus versibus (v. 185-88) niti videtur:

Cum primum extincto coepit resipiscere mundo  
in piecam vertit tegmina prima togam;  
nec color artis erat sed vellere natus in ipso  
qualia Carmelitus tegmina verus habet.

His minime asseritur Ludovicum Ordini Carmelitarum aliquatenus ascriptum esse, sed vestem

**B** assumpsisse ex panno non tintio, quem fuisse contendebant verum Carmeli habitum. Haec melius perspecta erunt recordantibus item exortan esse in Ordine, dum Mantuanus vicarit generalis munere fungebatur, de habitus colore. Iussusat summus pontifex Sixtus IV, litteris 13 aprilis 1483, universis fratribus et sororibus beatae Mariæ Virginis de Monte Carmelo ut tunicas nigri coloris in posterum gestarent; decretum tamen pro patribus Congregationis Mantuanae vivae vocis oraculo suspensus fuerat. De his pontificis in litteris 26 maii anni 1484: Sane pro parte dilectorum filiorum Baptistarum Mantuanum vicarii generalis et universorum fratrum Congregationis Mantuanae ordinis beatae Mariæ de Monte Carmelo nobis nuper exhibita petitio continuat quod, orta dudum inter eos ex una et dilectum filium Marcum de Monte Catino, dicti ordinis professorum et generalem procuratorem partibus ex altera (2), de et super colore habitus per fratres dictas Congregationis gestandi, quem vicarius et fratres Congregationis praedictae grisei et non tintio coloris iuxta antiquas dicti ordinis constitutiones, Marcus vero praedictus e contra habitum ipsum totaliter nigri coloris esse et per fratres dictas Congregationis deferriri debere asserebant materia questionis, nos causam, discordias, lites et quaestiones huiusmodi venerabili fratri Oliverio, episcopo Sabiniensi et dilecto filio nostro (3) Ioanni Baptista, tituli S. Caeciliae presbytero Cardinali dicti ordinis protectori, coniunctim audiendas, cognoscendas, componendas et fine debito terminandas, vivae vocis oraculo commisimus (4). Mantuanus igitur cum loquitur de loga cui color artis non erat (5) nihil amplius intendit quam, oblata occa-

(1) Bononien. seu Ordinis Carmelitarum. Concessio et approbationis officii et missiae in honorem beati Ludovici Moriboli (sic), Romae, 1843. — (2) Intellege: orta inter eos ex una parte et Marcum ex altera. — (3) Ed.: nostris. — (4) Bullarium Carmelitarum, t. I, p. 385-88. — (5) Vestimentum non tintio, id est simplex. Cf. Chron. Laudunense, M. G., Scr. t. XXVI, p. 450: « Huius Humiliatos appellaverunt eo quod tintio indumenta non vestientes simplici sunt contenti. » — (6) Haec, quicquid sentis de Tertiis Ordinis origine. Litteris 7 octobris 1452 Nic-

sione, suam de genuini Carmelitarum habitus colore sententiam assere. Si enim ipsam Ordinis vestem, tanquam unus ex fratribus (6) gessisset Ludovicus, nullo pacto illam cum tunicis albenibus (v. 189) paucos post annos commutasset. Adde Leandrum Alberti, qui multis Ludovici indumenta describit, de Carmelitarum vestitu ne cogitasse quidem.

AUCTORE  
H. D.

Fratris  
Iohannis  
factora  
Ludovico  
ascripta,

10. Ad Ludovicum nostrum referit quae ex chronicis decerpit C. Signius, cuius verba sunt: « Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo kal. decembri homo quidam laicus usello insidens, atque ingentem crucem lignam manuferens in urbem introivit ac quotidie extra ecclesiastis concionari instituit, foeda hominum flagitia increpans, iram Dei impendentem praenuncians ac mortales ad paenitentiam agendam adhortans. Itaque hominis admiratione adductus, ingens virorum ac mulierum numerus ei se applicuit. Neque enim cum agrestem admodum vilemque amictum haberet, quidquam ab ullo praeter vicum necessarium cupiebat. VII inde idus decembri urbe discessit, cum pridie malum ingens imminere civibus ostendisset. Quod quidem evenit, familia Caccianimicorum V idus prope ab inimicis suis deleta. Haec ex chronicis. Hic vero videtur fuisse Ludovicus Morbiolus, qui his temporibus simillimam huius vitam traduxit (7). » Utique Ludovicus, teste Mantuano (v. 345), ascello quandoque vectabatur, manuque vexillum — cruciculum ait Leander Alberti — gestabat (v. 411). Obstat tamen hominis illius gesta describi tanquam peregrini, Bononiensibus ante ignoti, et qui paucis apud eos diebus degerit. Fratrem Iohannem Mediolanensem, Ordinis Eremitarum S. Augustini, anno ineunte 1472 pleber Bononiensem eo fere apparatu adhortationibusque commovisse referit Negri (8), qui usus esse videtur chronico anonymo coaevo, quod in bibliotheca Vincentii Masi se legisse asserit Mellonius, qui exinde ea verba depromit: « Lo dicto anno venne a Bologna uno Fra Zoane da Milano, lo quale se deseva che l' era profecta, e predicò parochi zorni in Bologna et non predicava in ghiesa, perchè non era sagrato, et la soa predicatione si era, che se dovesse temer Idio, e molte tochava del Turco, e venia da Venesia et andava a Roma et alozò a Bologna in Ghaliera in chasa de Lodovigo Muzarello, e fè fare la processione et vestiva de selico et portava una croce grande de legno in mano e mai non l'abbandonava, e chavalcava uno asinello; e predicò dal spedale della Morte e a Sam Piero, dal Charobio, al Barachano, a li Servi, et disease che non manzava se non tre volte la setemana (9). » Uno ex fonte procul dubio fluxerunt quae tum Signius tum Negri afferunt, neque de Ludovico intellegenda sunt.

Iaus V constituit recipi posse ad habitum carmelitanum virgines, viduas, beghinas et mantellatas (Bullarium, t. I, p. 233). Terti Ordinis virorum principia referunt ad Constitutionem Sixti IV, 28 novembris 1476, quam *Mare Magnum* nuncupant (Bullarium, t. I, p. 319). Cf. Heyxit, *Histoires des Ordres religieux*, part. I, c. 52. — (7) C. SIGNII *De episopis Bononiensibus libri quinque* (Bononiae, 1586), p. 200. — (8) *Annales*, apud MELLONI, t. c., p. 135-36. — (9) T. c., p. 135, n. 5.

Fratris

AUCTORE  
H. D.

Dies  
obitus.

*Fratris Iohannis gesta a Mantuano in Ludovicum transferri potuisse non nego, quamquam hoc ipso anno 1472 Bononiam vocatus est. Quid si frater Iohannis exemplo accensus, eum imitari conatus sit Ludovicus noster?*

11. *B. Ludovicum V idus seu die 9 novembris obiisse Mantuani diserta assertio est (v. 471). Diem 7 eiusdem mensis scripsit Leander Alberti, lapsu calami, ni fallor, quem Negrini et Ghirardacci secuti sunt (1). Vita B. Ludovici apud Surium ponitur die 28 octobris, quod in manifestum Sigenii errorem — Mantuano enim ulebatur — refunditur. Ubi enim V idus novembris scriptum erat, legit ille V kal. Hinc est quod Ferrarius, Castellanus, alii qui Surium legerunt, hoc die B. Ludovicum annuntient. In ordine Carmelitarum festum translatum est ad diem 15 martii. Nam in martyrologio tum Calceatorum tum Discalceatorum nuntiatur Idibus martii beati Ludovicii Morbioli, confessoris Carmelitearum, poenitentiae laude et vitae austerritate illustris, cuius festum celebratur idibus martii (2).*

*B. Et: Quinto idus novembris Bononiae beati Ludovicii confessoris tertii Ordinis Carmelitarum, poenitentiae laude et vitae austerritate illustris, cuius festum celebratur idibus martii (2).*

12. *Corpus beati viri depositum ante fores ecclesiae cathedralis (v. 475), post sextum vero annum in ipsam ecclesiam translatum est (v. 478) et quidem in templi confessione, ut habet Leander Alberti; statimque viri sanctitas miraculis comprobari coepit (v. 485). Quando autem, sedente cardinale Gabriele Paleotto (1566-1597), chorus et confessio basilicae velutata obsolescentes diurno et arduo opere in elegantiore formam redacta fuerunt, loci in quo B. Ludovicus exuviae quiescebat memoria periit, neque unquam, etiam post sedulam anno 1759 institutam inquisitionem, reperiri potuit (3). Non tamen interrupta fuisse videtur in beatum virum fidelium veneratio, vel certe paucos post annos revisisse dicenda est. Beati enim effigiem depingi curaverunt a celebrissimo pictore Iulio Morina, et in ecclesia cathedrali collocarunt (4).*

Processus  
de fama  
sanctitatis.

13. *Postulante capitulo ecclesiae cathedralis, archiepiscopus Hieronymus Boncompagni, postea cardinalis, anno 1654, processum de fama sanctitatis deque cultu immemorabili institui praecepit. Audit autem sunt anno sequenti coram tribus deputatis testes sex I. B. Scali, vir nobilis, O. Artimini, mercator, M. Malvezzi, patricius Bononiensis, I. Bertolotti, notarius et causidicus, R. Ariosti, patricius Bononiensis, Petrus Refrigeri, mansionarius ecclesiae metropolitanae, omnes uno excepto, pene octogenarii, qui testificati sunt ex propria scientia et ex iis quea a maioribus audie-*

*rant Ludovicum Morbioli beati titulo semper decoratum fuisse, imaginem eius, in ecclesia publicae venerationi expositam, splendoribus circumdatam, antiquam haberi; circa eam vota appendi solita et die 9 novembris nonnulla festi signa beato exhiberi, quae omnia cum episcoporum tolerantia peragi solerent (5). Qui tamen processus nunguam ad finem perductus est, nec ab ulla Bononiensi episcopo lata est de cultu immemorabili sententia. «Quia tamen de ipsa cultus antiquitate, ita Benedictus XIV, nullus unquam dubitavit, permanet ille in sui cultus possessione, ne ulla de re mota est aut movetur controversia (6).» Sacculi elapsi anno XLII prior generalis Ordinis Carmelitarum huius cultus confirmationem a S. Sede poposcit, anno vero sequenti obtinuit cum concessione officii et missae in die festo, scilicet 9 novembris.*

14. *Varis modis temporum decursu B. Ludovicus cultum exhibuerunt Bononienses. In necessitatibus coram eius imaginibus populum preces fundere consueveris, sanaciones morborum et alia eius ope obtenta esse beneficia; anno 1665 argenteum lampadem collata stipe prope eius effigiem accensam; clericorum congregationem sub eius invocatione erectam fuisse ab aliis sedulo nocturnum est (7). Ludovicus nomen inscriptum est catalogo sanctorum et beatorum Bononiensium edito anno 1582, paulo post in Archiepiscopali Bononiensi sub cardinali G. Paleotto (8), et ab anno 1717 in calendario Bononiensi, ad diem 9 novembris: Hodie est festum B. Ludovicus Morbioli Bononiensis. Ex novissimo Proprio Sanctorum ecclesiae Bononiensis habemus eius festum nunc agi die 15 martii, ritu duplice, cum lectionibus propriis in secundo nocturno. Non in sola ecclesia metropolitana honor ei adhibitus, sed et in ecclesia Sancti Martini Maioris, Patrum Carmelitarum Congregationis Mantuanae; in ecclesia Carmelitana dicta Sancta Maria delle Grazie; in oratorio publico vicino ecclesiae Patrum tertii Ordinis S. Francisci a caritate nuncupatum (9). In domo quondam «de' Lupari poi de' Magnani» in angusta cella quam olim incoluisse fertur, exposta erat eius effigies; cubiculum etiam in oratorium privatum mutatum fuit, et inscriptio haec collocata: In questa celletta per molti anni ha alloggiato e dimorato il B. Lodovico Morbioli nostro cittadino di Bologna, e qui morì alli 9 di dicembre (sic) 1472 (10). Etiam in domo Comitis Carrati (Borgo Nuovo), cum inscriptione: B. Ludovicus Morbioli Bononiensis. Obiit 1472, 9 novembris. Balthasar comes Carrati cognitionis et devotionis ergo f.f. a. 1577. Magna cum veneratione custodiuntur binae B. Lu-*

Cultus  
apud Bo-  
nonienses.

(1) MELLONI, t. c., p. 151. — (2) *Martyrologium Romanum*, Mechliniae, 1846, ad calcem. — (3) Fusius MELLONI, t. c., p. 157-60. — (4) De his multa in Processu anni 1842. In codice 82 bibliothecae Universitatis Bononiensis servatur «Proposizione diretta al M. R. Custode dell'immagine del B. Ludovicus Morbioli Terziario Carmelitano venerato nella Metropolitana di Bologna.» SORBELLI, *Inventario*, t. c., p. 106. — (5) *Summarium*, ap. MELLONI, t. c., p. 160-61. — (6) *De Servorum Dei beatificatione et canonizzazione*, I. II, c. XV, n. 7. — (7) MELLONI, t. c., p. 161-68, et Processus anni 1842. — (8) Anno 1594, p. 595. Cf. MELLONI, p. 157. — (9) Haec habentur in codice 82 bibliothecae Universitatis

Bononiensis: «Grazia miracolosa ottenuta per intercessione del B. Ludovicus Morbioli Bolognese l'anno 1655» et «Memorie del B. Ludovicus Morbioli raccolte da un sacerdote Carmelitano delle Grazie.» SORBELLI, *Inventario*, t. c., p. 106. — (10) MELLONI, t. c., p. 147, n. 9. Legitur in codice 82 iam dicto «Misura della celletta dove dimorò e morì il B. Lodovico Morbioli.. ridotta in cappella, che tuttavia si conserva e si tiene in somma venerazione, posta nella via detta del Luccio, in una casa già de' Lupari, oggi del sig. Marchese Magnani, sotto la parrocchia di S. Maria del Carrobbio, disegnata l'anno 1740.» SORBELLI, *Inventario*, t. c., p. 106.

-dovici,

A. **Ludovici epistulae, prior quae integra est, in basilica Petroniana, altera parvum in ecclesia Sanctae Mariae « delle Grazie », partim in oratorio Sanctae Annae extra civitatem, in loco dicto Barbiano (1). In catalogo reliquiarum ecclesiae Sancti Peregrini, etiam B. Ludovici nescio quales reliquiae recensentur (2).**

(1) MELLONI, t. c., p. 163-66. — (2) MELLONI, t. c., p. 427.

## VITA B. LUDOVICI MORBIOLI

A. B. BAPTISTA MANTUANO

*E Baptista Mantuani Operum editione Ascensionia an. 1513 (= A), collata editione Daventriensi an. 1497 (= B). Cf. Comm. praev. num. I.*

B **Ad Innocentium Octavum Pontificem Maximum cultissimi viri Baptista Mantuani Carmelite theologi de Vita divi Lodovici Morbioli Bononiensis carmen.**

*Laus pontificis;*  
*generis nobilitas;*  
*carmen ei dedicat*

Maxime pontificum, triplicem qui fronte coronam  
Et duo sacrae qui geris arma manu,  
Nostra tuis impar meritis facundia nondum  
Ausa est in laudes solvere vela tuas.  
5 Crescat ut interea, quaedam leviora canemus;  
Parva levem faciunt ad graviora viam.  
Vadat ut audaci spaciose per aquora cursu,  
Discit in exiguo currere cymba lacu.  
Non igitur praecleara tuae primordia dicam  
10 Gentis et excelsum nobilitate genus (1);  
Non patriae innumerans dotes, quae sufficit una  
Classe sua toto bella movere freto.  
Bella movere freto, partosque referre triumphos,  
Tam valide remos tractat et arma Lygur.  
15 Adria et Adriaci meminerunt littora ponti,  
Quam gravis a Lygurum venerit urbe furor,  
Cum Genuae miles terram populatus et aequor,  
Oppressit Venetos obsidione lares.  
Praetereo ingenuos mores, mentemque benignam  
20 Aureaque aegroto munera missa mihi,  
Munera quae vires instaurare caducas,  
Et quibus in longos it mea vita dies.  
Quale refrigerium terrae solet imber adustae  
Ferre, sub ardentis cum iacet aegra cane;  
25 Tale dedit nobis fulvo piscator in auro,  
Qui trahit ex alto retia plena mari (2).  
Dona laborantem, rapidoque in vortice tortam  
In placidos portus restituere ratem.  
Praetereo summum terrae caerulei favorem,  
30 Et data virtuti praemia tanta tuae.  
Tu regis aeternis immensus legibus orbem,  
Et premis aequali colla superba iugo.

<sup>1</sup> Lychaonios B; Lycaonias A. — <sup>2</sup> tenueret B.

(1) Iohannes Baptista Cybo, patria Genuensis, cardinalis tituli Sanctae Caeciliae et episcopus Amalphitanus, 29 augusti 1484 pontifex renuntiatus est. — (2) Divus Petrus cum navicula, quae est nota aurei papalis. ASCENSIO. — (3) Comm. praev. num. 6. — (4) Mores Lycaonios, id est perversos et fraudulentos, quales habuit Lycaon, Arcadius rex pessimus, hospites

Sancta procul positi subeunt tua limina reges,  
Et pedibus figunt oscula prona tuis (3).  
35 Nec tamen in tanto tibi mens inflatur honore,  
Sed vehitur placida mitis habena manu.  
Haec et plura suis olim memoranda diebus,  
Nunc sileant citharae languida fila meae;  
Nune lege, quae tenui resides excudimus orsu  
40 Carmina, caelestis de pietate viri.  
De pietate viri, cuius mirabilis ardor  
Rettulit in priscum tempora nostra decus.  
Ipsius illustrat praesentia saecula virtus,  
Et levat ex imo tempora nostra loco.  
45 Occiderat nostro divum reverentia saeclo,  
Nullaque divinis gratia rebus erat.  
Pro pietate dolus, pro religione libido  
Venerat, ex toto fugerat orbe fides.  
Numina ridebant homines, vanumque putabant  
50 Vota dare auctori religiosa suo.  
Iste Lycaonios<sup>1</sup> mores (4) in pallida mittens  
Tartara, virtutes in sua regna tulit.  
Qualis in Habramo pietas, vel qualis in ipso  
Pectore sacrifici Melchysedecis erat,  
55 Talis in hoc dum vixit erat; scelus omne subegit F  
Victor, honestatis protulit omne genus.  
Huic erat humananus superans patientia morum,  
Qualis in antiquae semine gentis erat,  
Qualis in Aegypti patribus, qui rura colebant  
60 Invia, et ardentis marmora cocta die.  
Nomen erat sacro ductum Lodovicus ab amne (5)  
Mystica cum tenerum diluit unda caput.  
Morbiolus vero priscae cognomine gentis  
Dicuntur, hac omnis cognita voce domus,  
65 Protulit, et teneris puerum nutritiv ab annis,  
Et natale solum Felsina docta fuit.  
Felsina dicta fuit sermone Bononia prisco,  
Metropolis Tuscae dum regionis erat.  
Flaminios tractus Boii tenure<sup>2</sup> coloni (6),  
70 Ex quibus haec urbi nomina facta ferunt.

*de viro  
mirabili*

*Bononiae  
nato*

suos necare solitus et ob id in lupum versus.  
ASCENSIO. — (5) Ab amne sacro, id est a fonte  
baptismali. — (6) Livius, XXXIII, 37, 3: « Iunctis  
exercitibus primum Boiorum agrum usque ad  
Felsinam oppidum populantes peragraverant. »  
Cf. HOLDER, *Alt-Cellischer Sprachschatz*, I. v.  
Bononia.

Prisca

## VITA

Prisca novi casus mutare vocabula possunt,  
Et fieri novitas a novitate solet.  
Tunitium<sup>1</sup> nunc est, Byrsam dixere priores (1).  
Urbs nova nunc (2), olim Parthenopea fuit; <sup>135</sup> Callidus ad merces fuit, ingeniosus ad aurum,  
Inclita Romani nomina regis habent.  
Gens huius nec clara fuit, nec nominis expers,  
De medio urbanae sanguine plebis erat.  
Non robusta nimis, sed nec sine robore membra<sup>2</sup>, <sup>140</sup> Nec minus in Veneris gaudia pronus erat  
Forma decens homini, coma mento et vertice ni- Talibus insidiis clausus languebat, et istis  
Crispaque caesares, oraque fusca parum. [gra  
Iste suae nuper felicia tempora vitae  
Clausit, et ad caeli limina fecit iter.  
85 Ultima servivit studiis melioribus aetas  
Immundas habuit prima iuventa manus.  
Namque venenosi sensit contagia mundi,  
Et vada lethaeae pene subivit aquae.  
Prima malis oritur circundata moribus aetas, <sup>145</sup> Avida lingua sitim patitur, suspirat anhelum  
90 Et movet in mentes plurima bella novas.  
Sordet, et est ingens sclerorum sentina iuventus,  
Nec patitur frenos, nec iuga ferre potest.  
Ipsa potest toti tenebras inducere vitae,  
Et vitiis canos commaculare suis.  
95 Est fera, nec leges, nec publica iura veretur.  
Saevit, et indomiti more superbit equi.  
Est igitur primum duris arcenda lupatis<sup>4</sup>  
Atque gravi semper sollicitanda metu,  
Ne ferat in praeceps hominem, subigenda flagellis, <sup>150</sup> Sic quoque Franciscus tenebras pallentis Averni  
100 Excrucianda siti, conficienda fame.  
Addit, quod humanum rabies temeraria Ditit  
Fallit inaudita calliditate genus.  
Hic iuvat inferni rivos ostendere fontis,  
Qui Stygis in mundum flumina nigra ferunt. <sup>155</sup> Fugit, et est tali raptus in astra modo.  
ambitioni, <sup>105</sup> Ambitus honos, et opes, et faeda voluptas,  
Haec tria pro trino numine mundus habet,  
Hae<sup>5</sup> sunt praecipites furiae, quibus utitur ardens  
Orcus, et in terram seminat omne scelus.  
Hic rapuit misero Saphiram cum coniuge vortex, <sup>160</sup> Sunt qui blanditiis, sunt qui terrore vocentur,  
110 Terraque mendaces condidit una duos.  
Haec obscura pium mersit Davida vorago;  
Hinc Salomon praeceps ivit in omne nephos;  
Absalon elati furis agitatus honoris,  
Fleble de queru fronde pendit onus. <sup>165</sup> Et tamen hos omnes spiritus unus agit.  
C <sup>115</sup> Haec pariunt rixas, rabidis fora litibus armant,  
Haec account acri Martia bella sono.  
Haec adiungit duros hominem tentare labores,  
Et maris et terrae sollicitare solum.  
Huc humana suos vertit prudentia sensus, <sup>170</sup> Blanditiis Simon, flammis et fulgere Paulus,  
120 Huc homines curas, et sua vota ferunt.  
Te quoque certarunt hi tres, Lodovice, tyranni  
Perdere, et in Stygiis praecipitare lacus.  
Sunt maris et terrae divisi pericula nobis,  
Quenque sua Syrites et sua Seylla manet. <sup>175</sup> Qui fuit ex acri fulmine pulsus equo.  
el avari- <sup>125</sup> Illicitis virides lucris pessundedit annos,  
tiae <sup>130</sup> Et vigil iniustas accumulavit opes,  
deditus <sup>135</sup> Fingere, fraudari, fictos componere vultus  
fuit; <sup>140</sup> Doctus, et incautus illaqueare pedes.  
Qualiter hiberno lupus insidiatur ovili,  
Ad tepidum matris dum cubat agna latus, <sup>145</sup> Aegra caro prodest animo, defuncta revixit  
145 Taliter ad nummos hic invigilabat et istud <sup>150</sup> Mentis ab agrotio corpore nata salus.  
Eximia dignum laude putabat opus. <sup>D</sup>  
Mercurii tales memorant sub sidere nasci:  
Versutos, duplices, foedifragosque viros.  
Callidus ad merces fuit, ingeniosus ad aurum,  
Nec minus in Veneris gaudia pronus erat  
Talibus insidiis clausus languebat, et istis  
Artibus ingenium se iuvenile dedit.  
Affuit indulgens summi clementia patris,  
Et Stygio lapsum traxit ab amne pedem.  
Saeva virum caeco febris circundedit aestu,  
Intimaque invasit fervidus ossa calor.  
Procubuit lecto, gemitus lamenta surgunt, <sup>155</sup> gravi  
Et trepidant alto saucia corda metu.  
145 Arida lingua sitim patitur, suspirat anhelum  
Pectus, et alternis vocibus ora gemunt.  
Morte premi, venisse putat sua fata, diemque  
Funeris, et vitae tempora summa suea.  
Vertitur ad superos, et numina sancta precatur <sup>ad Deum</sup>  
150 Votaque dat. Res est religiosa<sup>6</sup> timor. <sup>convertitur</sup>  
Sic quoque Franciscus tenebras pallentis Averni  
Fugit, et est tali raptus in astra modo.  
Sunt qui blanditiis, sunt qui terrore vocentur,  
Et tamen hos omnes spiritus unus agit.  
155 Blanditiis Simon, flammis et fulgere Paulus,  
Qui fuit ex acri fulmine pulsus equo.  
Aegra caro prodest animo, defuncta revixit  
Mentis ab agrotio corpore nata salus.  
Mens oculos in se vertens sua vulnera vidit,  
Erubuit, sordes ingemuitque suas.  
Aethereum pulsa vidit calligine lucem,  
Et nova de caeli splenduit arce dies.  
Mox furor est extinctus opum, deleta voluptas  
Noxia, mundani pulsus honoris amor. <sup>et Bononiensibus</sup>  
160 Ars hominem divina novum formavit, ut ipse  
Ad veras patriae nos animaret opes,  
Esset ut<sup>7</sup> ignavos homines qui posset ab Orco  
Flectere, ad aeternae limina sancta domus;  
Huius ut exemplo possit resipiscere demens  
Felsina, et errori ponere frena suo  
Felsina quae rixis et fuso sanguine semper  
Sordet et aeterna seditione fremit,  
Felsina quae target fastu distenta superbo,  
Felsina avaricia luxuriaque parens. <sup>est;</sup>

Hic tibi monstravit sanctae compendia vitae  
Atque breve ad caelos insinuavit iter.  
Sic Deus Albertum Drepano concessit (3), ut omnis  
Insula per monitus iret et acta senis.  
Illum magnus Eryx, illum Lilybaeus honorat  
165 Ars hominem divina novum formavit, ut ipse  
180 Et vada Messani libera facta maris.  
Sed mihi nunc esset plectro meliore sonandum,  
Nam modo virtutis singula facta canam.  
Haec erat heroo res extollenda cothurno,  
Nec fuit imparibus commemoranda modis.  
185 Cum primum<sup>8</sup> extincto coepit resipiscere mundo,  
In piceam vertit tegmina prima togam.  
Nec color artis erat, sed vellere<sup>9</sup> natus in ipso,  
Qualia Carmelus tegmina verus habet (4).  
Post aliquot coepit tunicis albentibus annos <sup>dein albam</sup>  
190 Vestiri, et cultu pauperiore tegi.  
Sed neque mox abiit summam virtutis in arcem  
In loca maturo se tulit alta gradu. <sup>vestem</sup>  
<sup>induit</sup>  
<sup>fuscam,</sup>

<sup>1</sup> Tunicium B. — <sup>2</sup> (sed - membra) non imbecilia multum B. — <sup>3</sup> membra nec immensum nec bre-

(1) Immo vero Carthago. VERGIL., Aen. I, 367.  
— (2) Neapolis. — (3) De S. Alberto Drepanensi, Act. SS., Aug. t. II, p. 215-26. Hic,

vive corpus erat B. — <sup>4</sup> luparis B. — <sup>5</sup> haec B. — <sup>6</sup> religiosa B. — <sup>7</sup> et B. — <sup>8</sup> prius B. — <sup>9</sup> velere B.

vivente Mantuano, anno 1476, sanctorum ho-  
nores assecutus est. — (4) Comm. praev. num. 9.

Ut

- A Ut maiora potens sumebat robora virtus,  
Sic magis in corpus durus et asper erat.  
195 Arbor ut ex ima radice valentior exit,  
Durior est cortex, asperiorque liber.  
Haec duo crescebant pariter, surgebat in horas  
Corporis asperitas cum probitate simul,  
Sicut ubi aequaevae vitis coniungitur ulmo  
200 Utraque certatim tollit in astra caput.  
Ipse decembrales brumas, et frigora Iani,  
In rudibus pannis simplicibusque tulit.  
Calce tulit nudo gelidi grave sydus aquari,  
Frigore concretis cum Padus albet aquis.  
205 Calce lumen nudo, glaciemque ferebat et imbre,  
Tergaque saxosi pulverulenta soli.  
Forsitan obiecit nudis incedere plantis,  
Qui Meroës habitant Aethiopumque domos,  
Et qua Nilus agros pingui faecundat arena,  
210 Qui nigro pluvias a Garamante velit (1),  
Qua vetus extruxit Babylon Semiramis urbem,  
Tygris <sup>1</sup> ubi Armenias in mare volvit aquas.  
Scimus, et haec illis placidi clementia caeli  
B Dona locis fecit, temperiemque dedit.  
215 Illic perpetuo vestitur gramine tellus,  
Semper et assidui munera veris habet,  
Semper alunt Arabes redolentia cynamama <sup>2</sup> campi,  
Semper habet felix pingua tura solum,  
Humida semper habent tepidae sua balsama val-  
220 Semper habet violas, lilia semper humus fles,  
Illic rura vides nullis albore pruinis,  
Ferre licet nudos illa per arva pedes.  
Nostra nimis gelidam regio declinat ad Arcton,  
Terraque sub sterili languet adusta gelu.  
225 Nos nimium flatu Boreas infestat acuto,  
Et vincunt Scytiças frigora nostra nives.  
Vidimus astricto rapidissima flumina tergo  
Ferre viros longis plenaque plausta viis.  
Pertulit aestivos nudato vertice soles,  
230 Atque caloriferas morbiada signa canis.  
Vestibus attritis inopes circumdabat armos,  
Qui prius ardentii murice clarus erat.  
crines alit Impexi capiti crines, impexaque barba,  
Incomptos; Oraque neglectae rusticitatis erant.  
235 Expulit argenti zonam splendore nitentem  
Funis in immunda forte repertus humo.  
Coniuge deserta viridi cui nupserat <sup>3</sup> aeo,  
Duxit ad extremam tempora casta diem.  
Et quia non est fas gratis dimittere nuptam,  
240 Plerique hoc illi non licuisse volunt.  
Sed scelus est, homini scelus hoc impingere sanc-  
245 Urbe vagus, tandem Lupari intra limina Pauli (2)  
Lupari do- Fecit in obscuro vilia claustra loco.  
mo latitat, Nec domus ampla fuit, verum brevis, atra, latens-  
Mansio, et in media vix adeunda die. [que  
Legerat hoc, veteris mores imitatus Alexi,  
250 Hospitium pallens, multiforemque casam.  
Maesta sepulturae fuit haec pallentis imago,
- Sic potuit fati flebilis esse memor.  
Sic potuit multos animi compescere motus,  
Et stimulus tali debilitare modo.  
255 Hac resecare solent sancti mala gramina falce,  
Et nimis ardentes mortificare focos.  
Lectus humus, vel strata solo sarmenta, vel asser  
Durus, et ad nudam pallia dura cutem. *humi cubat*  
Sternebat fragilem stipulam, cum molle graba-  
260 Debilibus membris posceret aegra caro. [tum  
Sic cum sanus erat, sic cum languore cubabat,  
Vita fuit paulum deliciosa scelus.  
Cervical non molles anas, non plumeus anser, *lapide pro*  
Non dedit exuto vellere tonsa pecus; *cervicali*  
265 Sed lapis, aut rigida convulsus ab arbore truncus, *utitur;*  
Ne premeret segni membra quiete sopor.  
Longa fames macie tenues affecerat artus,  
Crispabatque cavam pallida ruga cutem.  
Neve famescentem caperent obsonia linguan,  
Ibat in appositis multa favilla dapes.  
Neve putes solitum lautis accumbere mensis,  
Altius haec repetam, lucidiusque canam.  
Pinguis abstinuit, nec viscera contigit ore  
Ne fieret menti seditionis caro.  
270 Panis, poma, nuces <sup>4</sup>, hortensis gramina raro  
Cocta, cibus lustris ista fuere tribus.  
Gramina si coxit nunquam tamen unxit olivo,  
Nulla dedit ventri gaudia, nulla gulæ.  
Squammiferum forsan voluit si mandere piscem,  
275 Torruit ardenti prandia parca foco.  
Victus erat, quale mundu primaeva recenti  
Terra dedit, salso non vitiata mari,  
Ante ratem Noes, et fluctus ante marinos,  
Quam iuga fatalis ferret in alta liquor.  
280 Tunc erat agresti simplex sub cespite vita,  
In lare fumoso pauperibusque casis.  
Tunc gula parcebat gregibus, secura cubabat  
Turtur, et insidias non metuebat aper.  
Si pecus occiderat senio, morsuve luporum  
285 Forsan et audaci si fera capta manu,  
Tergore direpto <sup>5</sup> nudatis viscera costis (3)  
Dilanianda <sup>6</sup> feris, alitibusque dabant.  
Pellibus hirsutos velabant <sup>7</sup> corporis artus,  
Massagetas contra, Bystoniasque nives (4). F  
290 Nulla peregrino rutilabat murice lana,  
Nam neque tingendi velleris usus erat. *ad normam*  
Vestis erat, qualis pecori color ante fuisse;  
Pastor erat gregibus concolor ipse suis. *antiquorum.*  
Carica, iuglandes, communia pabula mensae,  
Divitibus priscis, lactea massa favi.  
Nunc autem rapidi diffusa licentia ventris  
Gramen, avem, pecudes devorat atque feras.  
Non mare, non tellus satis est, invaditur aë,  
Praedaque victrici sunt elementa gulæ.  
295 Crescit aqualiculus (5), pingues lemargia (6) vultus  
Pingit, et ad ventris pabula semper hiat.  
Hinc Venus, et Veneris proles, et inertia surgit.  
Mens hebet, ars dormit, ingeniumque labat,  
Sed ne forte suo nimium de calle recedat,  
300 Deserat excursus versa carina vagos.

<sup>1</sup> Tigris B. — <sup>2</sup> cinnama B. — <sup>3</sup> (c. n.) quam  
duxerat B. — <sup>4</sup> nusces B. — <sup>5</sup> direpto B. —

<sup>6</sup> dilanianda B. — <sup>7</sup> velabant B.

(1) Garamantes, populus Libya interioris. —  
(2) Paulus Lupari, notus ex instrumento 17 aug-  
usti anni 1475. MELLONI, t. c., p. 139, n. 12.  
Cf. DOLFI, Cronologia delle famiglie nobili di Bo-  
logna (Bologna, 1670), p. 482. — (3) VERG.,  
Aen. I, 211: « tergora deripiunt costis et viscera

## VITA

*carnibus  
abstinet,*

*victu  
agresti  
usus*

Summa

VITA  
*Voluptati bellum indicit;*

Summa fuit genio fraudes inferre voluptas,  
 Et parco Veneres extenuare cibo.  
 Pocula flumen erat, liquido vel flumine Bacchus  
 Debilis, et cyatho frigida vina brevi.

315 Terra est omnipotens, fit inutilis aequore Bacchus  
 Propterea nautis praeda iocusus fuit.  
 Noctibus in lachrymas oculos, in verbra pectus  
 Solvit, et admissi criminis ulti erat.

Corde graves Christi poemas volvebat amaro,  
 320 Membraque crudeli dilacerata<sup>1</sup> manu,  
 Vincula, et innocuo currentes sanguine rivos,  
 Vulnera, et in sacrum spicula fixa caput,  
 Imbre graves oculos, humentem caede columnam,  
 Et madidam fluidi rore croris humum.

325 Raptus<sup>2</sup> imaginibus numen conceperat istis,  
 Plenaque divinae pectora lucis erant.

*pro pauperibus stipem erogat; imagines sculpi;*

Pro miseris mendicus erat, pro pauperi quaestor,  
 Divitiis inopes saepe iuvabat inops.  
 Languida ne fessam sopirent ocia mentem,  
 330 Sculpebat facili candida signa manu.  
 Effigies albo sacras signabat in osse,  
 Caelestes imitans mente manuque viros.  
 Ossibus illorum vultus sibi reddere mores  
 Doctus, in officio sanctus utroque labor.

335 Ne levius incautam tentaret gloria mentem,  
 Suspectum armato milite clausit iter.  
 Namque ea virtutum surgit de semine pestis,  
 Foetus ut e pingui noxious exit humo.  
 Saepius in vanas transit vindemia frondes,  
 340 In lolium segetes degenerare solent.  
 In vitium, nisi sit virtus abscondita, transit,  
 Et spoliat mentes gloria vana pias.  
 Ipsa suis igitur metuens hunc frugibus imbrem,  
 Invenit facilis sedula cura modum.

*plebis ludibria querit;*

345 Nam modo per vulgas pando vectatus asello  
 Ibat, et urbanae fabula plebis erat (1).  
 Vimine nunc dupli compressus acumina linguae  
 Per foras communis publica risus erat.  
 Nunc in vincla manus mittens, ad colla capis-

350 Effigies capti vera latronis erat. [trum,  
 Saepe suos hostes bonus hoc stratagemate miles  
 Vicit, et ex pugna saepe redivit ovans.  
 Artibus his curas legi subdebat inanes,  
 Ista rebellantis vincula carnis erant.

C 355 Dignior est qui se, quam qui fortissima vincit  
 Oppida, nec virtus altius ire potest.  
 Est hominum natura ferox et dura, leonum  
 Impetus est levior, tigridis ira minor.  
 Centauros, hydram, Lapithas<sup>3</sup> Nemaeaque leonem,

360 Cacum, et Gerionem aeripedemque feram (2),  
 Phlegreos, Erycem<sup>4</sup> (3), volucres et Amazona for-  
 Antaeum, Hesperides Oebaliosque lares Item,  
 Et geminos angues, Acheloia cornua, Troiam,  
 Alcides domuit tergemimumque canem.

365 Omnia qui domuit Veneri servivit et irae.  
 Pertulit hoc nullo victus ab hoste ingum.  
 Discite quos ducit per sordida lustra cupidio,  
 Quos vaga per parvum<sup>5</sup> semita flexit iter,  
 Discite quas leges honor, et quae lora voluptas

370 Poscat, ad iniustas quod medicamen opes.

Vertite per gressus hominis vestigia sancti. D  
 Vos feret in mores orbita sancta piis.  
 Haec mala prosperitas grandem latura procel-  
 Dicit ad ignoti stagna vadosa freti. [lam  
 375 Flectite vela citi<sup>6</sup>, loca iam male tutu videntur,  
 Excitat iratos Scylla propinquaque canes.  
 Sancta per hunc sacri crevit reverentia cultus, SS. Sacra-  
 menti cultum

380 Exigua vetu religione coli.  
 Candida solemni celebrantur ut orgia ritu,  
 Instituti taedas, multiplicesque focos.  
 Ardentes statuit lichnos<sup>7</sup> altaria circum,  
 Ut sacer accenso luceat igne locus (4).

385 Summa Dei claram possit sibi gloria lucem,  
 Flamma Deo debet caelitusque dari.  
 Sicut enim tristi nox est aeterna sub Orco,  
 Perpetuam caeli sic habet aula diem.  
 Taliter immensos superum testamur honores,

390 Nec minimum lux est religiosis opus.  
 Ardentes pedibus nudis orabat ad aras,  
 Ipsa premens nudo marmora nuda pede.  
 Interea tremulo torpebant frigore membra  
 Et sensim penetrans ibat in ossa rigor.

395 Fervida divino virtus accensa calore,  
 Durabat nullo diminuenda gelu.  
 Illecebras vita molles Deus odit, Olympi  
 Clusa voluntati desidiaque domus.  
 Sicut in ardenti Phoenix se collocat igne,

400 Ut reparate vitae tempora longa suea,  
 Sic meditans longos caeli Lodovicus honores,  
 Omne laboriferum sponte subivit opus.  
 Nec tantum<sup>8</sup> exemplo, verum et sermone vocabat rudes docet;

Ad superum turbas limina sancta rudes.

405 Undique vicinas studuit documenta per urbes  
 Spargere, et extinctam vivificare fidem.  
 Id Mutinae pubes meminit, Lepidique propinquaque  
 Maenia (5) et agrestes culta per arva casae,  
 Et nova quae niveis albet Ferraria muris,

410 Et senior vitreo Mantua cincta lacu.  
 Romania aquilae ducibus vexilla; sed isti  
 Christus in albenti sindone pictus erat.  
 Hoc insigne manu per rura ferebat et urbes,  
 Sola docens magni castra sequenda Dei.

415 Discite quas curas, quantos conceperat ignes,  
 Quantus in accenso pectore fervor erat.  
 Quo studio, quali Christum retinebat amore,  
 Sancta fides animo robora quanta dabat.  
 Artibus his animos resides, et surda movebat

420 Pectora et ad caeli numina calcar erat.  
 Et melior nolens alii maiorse putari,  
 Saepe aliquod fixxit desipientis opus.  
 Namque<sup>9</sup> sacerdotum sacros ambivit honores,  
 Et tumido fastu se simulavit agi (6).

425 Non tamen austerae summo de culmine vitae  
 Decidit, angustum continuavit iter.  
 Iamque instare videns supremae tempora vitae,  
 Laetus ad aeternas corda levabat opes.  
 Cantat et ingratis vitae finire labores

430 Gestit, ut ad mortis limina venit holor (7).

<sup>1</sup> dilacerata B. — <sup>2</sup> captus B. — <sup>3</sup> Lapitas B.  
 — <sup>4</sup> Ericem B. — <sup>5</sup> pravum B. — <sup>6</sup> ciri B.

— <sup>7</sup> nanque B. — <sup>8</sup> lichmos B. — <sup>9</sup> tantam B.

(1) Comm. praev. num. 10. — (2) Cf. VERG., Aen. VI, 802. — (3) Cf. VERG., Aen. V, 402, 412, cet. — (4) Ritus a B. Ludovico institutus in eccllesia Bononiensi perdurasse testatur MELLONI, t. c., p. 142. — (5) Regium Lepidum, nunc Reg-

gio Emilia. — (6) « Visus est nimium cupere sacros honores sacerdotum id est aut fieri sacerdos aut venerari (*sic!*) tanquam sacerdos et simulavit se impelli ambitione. » ASCENSIUS. — (7) Seu cycnus. VERG., Aen. XI, 58; Ecl. IX, 36.

Praemia

vexillum defert;

laetus

mortem  
opperitur;

A Praemia conspiciens longi sudoris arator,  
Gaudet frugiferae messis adesse diem.  
Sic alacris nostro fugiens Lodowicus ab orbe,  
Id sibi incundum significavit iter.  
435 Anxia corda premens vitae iam limina morbus  
Ceperat, et fato callis apertus erat.  
Cum domus aegrotum miserans tellure iacentem  
Membra dedit molli iam moribunda thoro.  
*solatia* Non potuit plumas, nec lignea stragula ferre,  
*recusal;* 440 Sed reptans gelidam corpore pressit humum,  
Corpus, ait, terra est, humili date corpora terrae,  
In sua felici mens eat astra pede.  
*sacra-* Post sacros fidei ritus de more peractos,  
*mentis* Mens abiit putri dissociata luto.  
*munitur;* 445 Febris, et exiliens late de naribus humor  
Sanguineus, maestae causa fuere necis.  
Extinctum tumulo solenni funere corpus  
Redditur, et celebri condita busta loco.  
*mortem* Singula tractanti nulla ratione tacendum  
*praedieit,* 450 Quod propriam multo viderat ante necem.  
Vidit, et ante novem dixit sua funera menses,  
Et sibi supremam non procul esse diem.  
Mens pia subsidium medicare sibi noluit artis  
Mors Agathes<sup>1</sup> soli fidere docta Deo (1).  
455 Frigus et hibernum tolerat sine crinibus imbre  
Arbor, et exuto corpore nuda tremit.  
Ast ubi clausa tepens per rura favonius intrat,  
Incipit albenti luxuriare coma.  
Humida per ligni graciles almonia venas  
460 Serpit, et imbibitus suscitat ossa calor.  
Purpureum miscet frondis cum flore decorum,  
Et parit ornatus multi coloris opes.  
Taliter hic iacuit plures inglorius annos,

Et tulit immensum vilis et aeger onus. *VITA*  
465 Sed modo caelestem post funera sumptus in  
Gliscit, et aeterna fertilitate viret. [aulam.  
Sic quoque defunctum post debita saecula corpus  
Surget, et antiqua vestiet ossa cute.  
Tunc iterum notos animus labetur in artus,  
Altaque terrestri vadet in astra pede.  
Nona pruinosi iam lux erat orta novembris.  
Cum levis ad patrem se tulit umbra suum.  
Lustra decem vitae, binosque peregerat annos,  
Haec fuit humanae meta supra viae.  
475 Ante fores Petri gelidam conversus in arcton,  
Est locus antique religionis opus.  
Hic iacuit primum, post sex a funere menses  
Erutus, et magna conditus aede fuit.  
Hic nova concursu fiunt miracula magno,  
480 Votaque dat sacro Felsina tota loco.  
Qui venit aegrotans, reddit ad sua limina liber,  
Et miseros homines ossa sepulta iuvant.  
Loripedes, oculis capti, nodisque podagrae  
Divinam illabi testificantur opem. *Miracula*  
485 Summa virum probitas, simul et miracula sanc-  
Esse probant, fidei si sit habenda fides. [tum  
Magne pater, qui res hominum specularis ab alto  
Vertice, consultes iudiciumque feras. *Poeta inter*  
Nam nihil audendum temere, nec dicere sanctos *sanclos*  
490 Convenit, assensum<sup>2</sup> numinis ante tui. *locum ei*  
Si tamen hunc licet caelestibus addere divis,  
Surgeter aetatis gloria summa tuae.  
Sit tibi prosperitas, te Nestoris atque Sibyllae  
Saecula in aeterni nectaris arva ferant.  
495 Hactenus haec, olim cum nos donaveris urbe  
Romulea (2), plectro te meliore canam.

*In ecclesiam cathedram translatio.*

<sup>1</sup> Agates B. — <sup>2</sup> ascensum B.(1) Medicam opem refugit S. Agatha, *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 617.— (2) Comm. praev. num. 1.

C

## DE B. GRATIA

### LAICO PROFESSO ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI PROPE VENETIAS

ANNO 1508

## COMMENTARIUS PRAEVIOUS

H. D.

*In monasterio Sancti Christophori prope Venetas*

1. Gemina erat ineunte saeculo elapo in stagno Veneto insula, medio Venetias inter et Murianum itinere, quarum altera insignis erat monasterio Sancti Michaelis Ordinis Camaldulensis (1), altera monasterio Sancti Christophori de Pace dicto, quod fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis de Monte Orthono incolebant (2). Anno autem 1810 monasterium cum ecclesia Sancti

Christophori solo aequata sunt, et locus coemeterio publico destinatus. Quod cum angustius censeretur, completo canali exiguo quo a vicina insula dividebatur, e duabus una facta est cui Sancti Michaelis nomen inhaesit (3). Ecclesiae formam laudarunt qui eam oculis conspicerent; addunt etiam nullum in ea splendidius ornamentum fuisse sacris B. Gratiae confessoris, qui in coe-

(1) Flaminius CORNELIUS, *Ecclesiae Torcellaneae antiquis monumentis illustratae*, t. III (Venetiis 1749), p. 255-78. — (3) Venezia e le sue lagune, t. II, 2 (Venezia, 1847), p. 502-503.  
Novembris Tomus IV.